

tet in lib. de sancta virginitate, & ita
 nec bene agendum foret, vt declinare-
 tur occasio superbie. Ad huius replicæ
 solutionem aduertendū, quod multipli-
 citer possunt distingui occasiones pec-
 catorum. Sunt. n. quedam occasiones per
 se, vt in pluribus, alię p. accidēs, seu in
 paucioribus. Occasiones per se dico,
 quæ ex sua proprietate habent fortiter
 mouere, & voluntatē trahere ad pecca-
 tū, quæ deniq; in pluribus, & pane in
 omnibus inducunt ad peccatum, vel ut
 ea, quæ excitant vehementē delectatio-
 nem sensus, sicut frequens præsentia, &
 familiaris conuersatio, attractus, aut cō-
 tractatio, siue applicatio obiecti dele-
 ctabilis illiciti ad potentiam. Obiecta
 namq; sensui conuenientia habet natu-
 raliter mouere, & delectare sensum, &
 eo vehementius. quo distinctius appræ-
 henduntur. Voluntas quoq; propter po-
 tentiarum colligationem naturaliter
 condelectatur sensui, & ideo orta vehe-
 menti delectatione in sensu difficiliter,
 & vix a consensu abstrahitur voluntas.
 Quoru. Per se ergo occasiones peccatorum di-
 plicessūt. co quæcunq; ex naturali proprietate
 occasio vehementem inducunt delectationem,
 vel etiam dolorem in sensu. Hęc enim
 facillimē & in pluribus inducunt volū-
 tatem ad consensum deliberatum illi-
 citum, vel fugam, seu diffusum contra
 iustitiam. Sic incontinentię occasione
 sunt familiaris ac solitaria conuersatio
 viri, & mulieris, fixus in alterutrum vi-
 sus, lasciuī gestus, turpia colloquia, in-
 tenta cogitatio, libidinosa, corporum
 nudorum contactus, & oscula, & cete-
 ra, quæ apud Canonistas inducunt præ-
 sumptionem violentam. Suo modo in
 aliis explicari potest. Occasiones verò
 per accidēs sunt, quæ non ex sua natu-
 rali proprietate, sed ex eorum abusu,
 vel ventium malitia inductiue sunt
 peccati, & illę non in pluribus saltem
 fortibus, sed paucioribus prævalent, si
 cut delectatio rufarum lenticularum Ia-
 cob vult occasio fratri suo Esau, vt ven-
 deret primogenita. Genes. 27. Doctri-
 na Christi, & miracula fuere perfidis
 iudeis occasio blasphemie, & amor

Israël, quo diligebat Ioseph, ac vifasom-
 nia occasio fuerunt fraterni odii. Ge-
 nes. 37.

Iterum potest distingui secundum
 B. Aug. in de sing. cle. quia sunt quedam
 opera quæ quinque minus cauti occa-
 sionem peccati præstant, quæ tamē sūt
 in præcepto, aut necessaria operanti ad
 suum victum corporalem & spiritua-
 lem. Sunt & alię, ad quæ agenda, nulla
 impellit necessitas, aut præceptio in se
 vana, curiosa, & ad rem non pertinē-
 tia. In primis necessitas, aut mandatum
 excusat, quo etiam adiutorium iustę im-
 plendi ministratur. Ibi enim locum ha-
 bet illud apostoli 1. Co. 10. Fidelis De-
 us, qui nō patietur vos tentari per id, qđ
 potestis, sed facit etiā cū tentatione p-
 uentū, vt sustinere possitis. Et illud Cri-
 sti ad suos discipulos in necessitate per-
 secutioni se offerentibus. Dabō vobis
 os, & sapientiam, cui non possunt resis-
 tere, & contradicere omnes aduersarii
 vestri. Luc. 21. Tales occasiones sunt cō-
 uentus vtriusque sexus in diuinis, in cō-
 fessionibus seminarum audiendis, in me-
 dicinis corporalibus exhibendis. De
 quibus pulchrē vt supra, loquitur Aug.
 In quibus debita cautela adhibita, oc-
 casiones fugere non oportet. Sunt etiam
 occasiones quædam quasi per se infir-
 mis, quæ exercitatis materia sunt vir-
 tutis, sicut facere opus bonum in publi-
 co, aut commendare sua opera, quod in
 firmis occasio est superbie, aut iuane
 glorię, perfectis verò materia virtutis,
 vt Paulo, Iob, ideo vtrunq; non ta-
 men eidem præcipitur. Nesciat dex-
 tera tua, quid faciat sinistra tua. Et lu-
 ceat lux vestra, primum dicitur, secun-
 dum perfectis. Per hoc responderi po-
 test, quod occasiones per se, & in pluri-
 bus quarum vsus nec in præcepto est,
 nec necessarius, vitandæ sunt maxime
 infirmis, & minus exercitatis. Reliquas
 verò & si cautum est vitare, possunt ta-
 men, & quādoq; debent ex necessitate,
 præcepto, aut a perfectis cū debita caute-
 la prudenter contrēctatis. Et per hoc
 patet obiectionū solutio, qđ de secundis,
 & nō primis pcedit. Priores verò pba-
 tio

Alia di-
 stinctio
 occasio
 minus pec-
 cati.

August. T
 in ciuit
 de sic ca
 ul sup
 mus 210
 . obediē